



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Poenitentiae procrastinatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

quibusdam edictis eorum priuilegia ac facultates impedisset, ij quidē ad cæleste auxilium implorandū inter alias preces Litanias etiam quotidianas indixere, quæ dum Romæ à fratribus Dominicanis in Ecclesia recitarentur vni ex ipsis contigit, vt ipsam B. Virginem deret super altare stantem vna cum Filio, vt ipso vultu eius familię mœrorem ac lacrimas, quas vberius fundebant, miserari videretur, & ad Filium conuersa hæc verba, vt in Litanijs solet, iterare, Fili exaudi eos. Nec multo post ipsum Innocentium ferunt cum Napoli decumberet, morte iam imminente grauiter pœnituisse, illaq; verba ex Psalmo protulisse: Propter iniquitatem corripuit hominem, &c. statimque ex hac vita migrasse.

**POENITENTIAM DESPICIENTES & vita emendationem procrastinantes puniuntur.**

¶ Anno  
Chr. 704.  
lib. 5. hist.  
eccles. de  
gēte anglo-  
rum c. 14.  
vi P. Lud.  
Granar.  
conc. 1. de  
Pœnit.

**F**VIT (ait Beda res gestas sui temporis describens) quidam temporibus Coenani qui post Edilredum regnavit vir in latrocinio bitu atq; officio militari positus, sed, quia pro industria exteriori, Regi placens, tantum pro interna suimet negligentia displicentem. Admonebat ergo illum sedulo, vt confiteretur, & emendaret, ac relinqueret scelera priusquam subito mortis superuentu temporis omne pœnitendi & emendandi perderet.

rum ille licet frequenter admonitus, spernebat verba salutis, seseq; tempore sequenti poenitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atq; acri coepit dolore torqueri. Ad quem ingressus Rex (diligebat enim eum) multum hortabatur, vt vel tunc, antequam moreretur, poenitentiam ageret comissorum. At ille respondebat, non se tum velle confiteri peccata sua sed cum ab infirmitate resurgeret, ne forte exprobrarent sibi sodales quod timore mortis faceret ea quæ sospes facere noluerat: fortiter quidem (vt sibi videbatur) locutus, sed miserabiliter, vt postea patuit, daemoniaca fraude seductus est.

Iusto Dei iudicio hæc poena puniatur peccator vt moriens oblitiscatur sui qui dum viueret oblitus est Dei.

Conscientia

Cumq; morbo ingrauescente denuo ad eum visitandum ac docendum Rex intraret, clamauit statim miserabili voce. Quid vis modo? Quid huc venisti? non enim mihi aliquid vtilitatis aut salutis potes vltra conferre. At ille: noli, inquit, ita loqui; vide vt sanum sapias. Non, inquit, insanio, sed pessimam mihi conscientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc est? Paulo ante, inquit, intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes & resederunt circa me, vnus ad caput, & vnus ad pedes, protulitque vnus libellum perpulchrum sed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit, in quo omnia quæ vnquam bona fecerim intuens scripta reperi, & hæc

Horribilis visio & miserandus interitus impoenitentis.

Cc 4 erant

Apoc. 14.  
Opera illo-  
rum sequun-  
tur illos.  
Eph. 6. que  
fecerit ho-  
mo, hæc re-  
cipiet.  
Matt. 12. in  
die illa de-  
omni ver-  
bo otioso  
rationem  
reddent.

Apoc. 20.  
Codices  
scripti &c.  
Matth. 18.  
tradi torto-  
ribus, &c.

Rex hoc ex  
emplo plu-  
rimum in  
pietate pe-  
fecit, ex em-  
plo priorū  
Regum Ro-  
mæ ad S.  
limina A.  
post. pere-  
grinatus, &c.

erant nimium pauca & modica. Reperunt  
codicem, neque aliquid mihi dicebant. Tunc  
subito superuenit exercitus malignorum &  
horrendorum vultu spirituum, domumque  
hanc & exterius obsedit, & intus maxima  
parte residens impleuit. Tunc ille qui  
scuritate tenebræ faciei & primatu  
maior esse videbatur eorum proferens col-  
cem horrendæ visionis & magnitudinis  
normis, & ponderis pene importabilis  
vni ex satellitibus suis mihi ad legendum  
ferri. Quem cum legissem inueni omnia  
læra non solum quæ opere, vel verbo, sed  
iam quæ tenuissima cogitatione peccavi,  
manifestissimè in eo tetræ esse descripta  
Dicebatque ad illos qui mihi assederant  
albatos & præclaros: Quid hic sedetis, scienti-  
certissimè quia noster est iste? Responderunt  
Verum dicis, accipite & in cumulum dæmon-  
tionis vestræ ducite. quo dicto statim dis-  
ruerunt.

Surgentesque duo nequissimi spiritus,  
bentes in manibus furcas, percusserunt me  
nus in capite, alius in pede, qui videlicet  
do cum magno tormento irrepunt mea  
cera in interiora corporis mei, moxque  
inuicem peruenient, moriar, & pararis  
piendum me dæmonibus in inferni clau-  
pertrahar. Sic loquebatur miser desperans  
& non multo post defunctus, penitentiam  
quam ad breue tempus cum fructu venia  
aspicio

Receperunt...  
 gere superledit, in æternum sine fructu pœnis  
 subditus facit, &c.

Idem Beda: Noui, ait, fratrem, quem uti- 2.  
 nam non nossem, cuius etiam nomen, si hoc lib. 5. ca. 19.  
 aliquid prodesset, dicere possem, positum in  
 monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter vi-  
 uentem. Corripiebatur quidem sedulo à fra-  
 tribus ac maioribus loci, atque ad castigatio-  
 rem vitam conuerti admonebatur. Et quam-  
 uis eos audire noluisse, tolerabatur tamen ab  
 eis longanimiter ob necessitatem operum ip-  
 sus exteriorum; erat enim fabrili arte singu-  
 laris. Seruiebat autem multum ebrietati, &  
 ceteris vitæ remissioris illecebris, magisq; in  
 officina sua die noctuque residere, quam ad  
 psallendum atque orandum in Ecclesia, au-  
 diendumq; cum fratribus verbum vitæ con-  
 currere consueuerat. Vnde accidit illi (quod  
 solent dicere quidam) quia qui non vult Ec-  
 clesie ianuam humiliatus ingredi, necesse ha-  
 bet in ianuam inferni non sponte damnatus  
 introduci (intrare).

Percussus autem languore atque ad extre-  
 ma perductus, vocauit fratres, & multum mœ-  
 rens ac damnato similis cœpit narrare quia  
 videret inferos apertos & Satanam immer-  
 sum in profundum tartari. Caipham quoque  
 cum ceteris qui occiderunt dominum iuxta  
 eum flammis vtricibus contraditum, in quo-  
 rum vicinia, inquit, heu misero mihi locum  
 aspicio æternæ perditionis esse præparatum.

Cc 5 Au

Terribilis  
 visio ostens  
 sa impœ-  
 nitenti mo-  
 nacho.

Audientes hæc fratres, cœperunt diligenter exhortari, vt vel tunc positus adhuc in corpore pœnitentiam ageret. Respondebat desperans: non est mihi modo tempus vitæ mutandi cum ipse viderim iudicium meum iam esse completum. Talia dicens sine medico salutis obiit, & corpus eius in vicinis monasterij locis humatum, neque aliquando eo vel missas facere vel Psalmos cantare, saltem orare præsumebat. O quam grata distantia diuisit Dominus lucem & tenebras. B. protomartyr Stephanus passurus vitam pro veritate vidit cœlos apertos, & gloriam Dei & Iesum stantem à dextris Dei & vbi erat futurus ipse post mortem, ibi cœlos mentis ante mortem, quo lætior occurreret, misit. At contra faber ille tenebris mentis & actionis, imminente morte, vidit porta tartara, vidit damnationem diaboli & sequacium eius, vidit etiam suum infeliciter tales carcerem quo miserabilius ipsa desperata salute periret, sed viuentibus, hæc cognouissent, causam salutis sue peccatione relinqueret. Factum est hoc in præprouincia Berniciorum, ac longe lateque famatum multosque ad agendam & non ferendam scelerum suorum pœnitentiam prouocauit, &c.

3.  
hom. 12. in  
Euang.

B. Greg. Agens de procrastinatione peccati, inquit, vir nobilis in Valeria prouocauit, quem lingua carnis

populus Chryforium vocabat vir valde idoneus, sed tatum plenus quantum rebus, superbia tumidus, carnis suae voluptatibus subditus, in acquirendis rebus auaritia facibus accessus. Sed cum tot malis dominus finem ponere decreuisset, corporis languore percussus est. Qui ad extremum veniens eadem hora qua iam de corpore erat exiturus apertis oculis vidit terrosos & nigerrimos spiritus coram se assistere, & vehementer imminere, ut ad inferna claustra se raperent. Coepit tremere, pallescere, sudare, & magnis vocibus inducias petere, filiumque suum Maximum quem ipse iam monachus monachum vidi, nimis & turbatis clamoribus vocare dicens, Maxime curre, Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in tuam fidem me suscipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perstrepens familia conuenit. ipsi malignos spiritus videre non poterant, sed eorum praesentiam in confusione, in pallore ac tremore illius, qui traheretur, videbant. Pauore autem tetra eorum imaginis huc illucque vertebatur in lectulo, iacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non poterat; vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se non posse desperaret coepit magnis vocibus clamare dicens: inducias vel usque mane, inducias vel usque mane. Sed cum hac clamaret in ipsis suis vocibus de habitaculo suae carnis euulsus est, &c. Nos nunc solcite ista cogi-

vide in loco de Luxuria exempl. 16.

cogitemus ne nobis in vacuum tempora  
eant, & tunc quæramus ad bene agendum  
uere cum iam cōpellimur de corpore  
Huc vsq; Greg.

4.

hom. 19. in  
Euang. &  
lib. 4. dial.  
ca. 37. licet  
verbis non  
ijsdem.

Idem cum exhortatur vt tempell  
peccatis resipiscamus, Præsenti, ait, ante  
monasterio meo quod iuxta beatorum  
tyrum Ioannis & Pauli Ecclesiam situm  
frater quidam ad conuersionem venit, do  
te susceptus est, sed ipse deuotius est con  
fatus. Hunc ad monasterium frater suus  
pore non corde (necessitate magis quam  
luntate) secutus est. Nam valde conuer  
nis vitam & habitum detestans in monast  
vt hospes habitabat, & monachorum  
moribus fugiens recedere à monasterij  
tatione non poterat, quia vel quid agere  
vnde viueret non habebat. Erat eius  
cunctis onerosa, sed hunc omnes æquan  
ter pro fratris eius amore tolerabant. Na  
perbus & lubricus si qua post hoc seculum  
queretur vita nesciebat, iridebat  
quis ei hanc prædicare voluisset. Itaque  
habitu sæculari viuebat in monasterio,  
leuis, nutibus instabilis, mente tumidus  
incompositus, actione dissipatus. Mem  
tem Iulio nuper elapso huius quam  
pestilentia clade percussus est; qui ad  
mum veniens vrgeri cœpit vt animam  
deret. Et vltima iam corporis parte præ  
tua vitalis virtus in solo pectore & lingua



manferat. Fratres aderant, eiusque exitum in quantum Deo largiente poterant, oratione quebantur. at ille subito ad deuorandum se draconem venire cōspiciens, magnis vocibus cepit clamare, dicens, Ecce draconi ad deuorandū datus sum qui propter vestrā presentia deuorare me non potest. Quid mihi moram facitis? date locum vt ei deuorare me liceat (non me amplius cruciet). Cumq; hunc fratres vt signum sibi crucis imprimeret, admonerent, respondebat virtute qua poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia dracone premor. Spumæ oris eius faciem meam liniunt, guttur meum eius ore suffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur quia iam & caput meum in suo ore absorbit. Cumq; hoc ille pallens & tremens & moriens diceret, cœperunt fratres vehementius orationibus insistere, & oppressum draconis presentia suis precibus adiuuare. Tunc repente liberatus magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Deo gratias. Ecce discessit, ecce exijt, ante orationes vestras fugit draco qui me accedebat, (pro peccatis meis intercedite) Mox autem seruiturum se Deo & esse monachum deuouit: atque à tempore illo nunc vsque febribus premitur, doloribus fatigatur. morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vitę restitutus non est. Quia enim longis & diuturnis iniquitatibus pressus est, longo languore fatigatur, & durum cor ignis purgationis

Nota quid  
pię preces  
quid iustorum  
presentia  
vita exceden  
tib. prosit.

Hęc excita  
bunt piorū  
erga moriē  
tes misericordiam.

Magna Dei  
misericordia.

Illorū precibus qui  
lectulū circumstant &  
mortis &  
inferorum  
pœnas  
effugit.

nis durior concremat, quia diuina dispo-  
sitione agitur vt prolixiora vitia egritudo  
lixior exurat, &c.

S.  
3. tom Bi-  
bli. 5. part.

Petrus Damianus: In Perusino, inquit, mona-  
stero (S. Saluatoris) cui nuper & ipse  
fui, monachus paulo ante fuerat, nomine  
nizo, astutus nimis, secularibus contem-  
tus vehementer intentus. Hic dum &  
mutandis Abbatibus & fratribus pertu-  
dis astuans non quiesceret ad hoc vsque  
uenit, vt diaboli ad superandos amul-  
trocinium quæreret, eius ditione le-  
corporaliter manciparet: cui tamen sedulo  
Spiritus exigenti ante promisit quod  
die priusquam moreretur, suum exitum  
nunciaret. Credit infelix & diu-  
dum viuens ita sub hac deceptoria secu-  
permanit. Tandem in egritudine  
adeit fideiussor iniquus, & post futurum  
cut sponderat, obitum innotescit. Pe-  
nus aduocatis ille fratribus cuncta ha-  
cum nequissimo pepigerat Spiritu per-  
nem narrat, cumque illi instarent dicen-  
Esto confessus, age pœnitentiam, rep-  
ille obdormiuit, & siue pulsantibus  
clamantibus, euigilare non poterat. Si-  
ro vel illi conticescerent, vel aliud quid  
ter pœnitentiam loqui vellent, mox ille  
pergefactus inuicem loquebatur. Sed  
sus audito nomine pœnitentiæ protinus  
rigescebat insensibili sapore correptus.

ec horrendæ morti traditus ad eum cui de-  
 otionem fecerat sit deuolutus. Postmo-  
 um vero per plures noctes nigra canum tur-  
 na non cessauit sepulturæ eius assistere, & qua-  
 depositum custodire, ita vt non minimo vi-  
 dentes horrore concuterentur.

P. Ioannes Bonifacius in institut. Chri-  
 stiani pueri, orat de Religione: coniectum,  
 ut, in vincula maleficum quendam pius qui-  
 dam sacerdos vti se peccatorum pondere le-  
 uaret, confitendis ipsis, sæpe admonebat,  
 cumque identidem rogatus parere noller,  
 vereri se sacerdos dixit, ne Deus talem ac tan-  
 tam confitentorum criminum puniret tar-  
 ditatem. Secuta mox fuit tam periculosa fe-  
 bris vt sibi iam iam esse moriendum vinctus  
 putaret, vocatoque ad se eadem illo qui con-  
 silium dederat, sacerdote, vitæ lapsus om-  
 nes aperuit, peractaque confessione releua-  
 ri se modo sensit ægrotus, vsque adeo vt po-  
 stridie è lecto surgeret, pedibusque incede-  
 ret, id cum sacer homo vidisset rogare fa-  
 cinorosum illum morbo liberum cœpit vt  
 se gratum immortalī Deo ostenderet pro-  
 pter recuperatam sanitatem, habendæq; gra-  
 tiæ optimam esse rationem dixit, si Christi  
 hospes esse vellet atq; conuiuia. Sacerdoti iu-  
 sta petenti minime parere voluit vinctus,  
 obstinationisq; pœnas confestim dedit  
 morbo quo paulo ante solutus erat redeun-  
 te. Tunc homo pertinax graue esse scelus  
 intel-

6.

intellexit hortatori suo non obedire, præsertim idipsum Deus duplicato monstrauisset, quare tertium diuinitatis telum expectandum non censuit, sed susque iterum cælesti se pane recreatum posteaquam fecit, non solum ex furens iactatione febris emerfit, verum etiam timæ potestatis iussu exiuit è custodia mensibus nouem macie & squalore ætus vixerat, quam etiam perpetuam esse crediderat.

vi. in loco  
de Euchar.  
exempl. 5.

7.

Delrius lib. 2. disquis. magic. q. 26. Ex litteris Peruanis anni 1590. refertur quomodo, quia legem integre conuenientis violabat, punita sit. Agebat, ait, præcipuæ cuiusdam dominæ huiusmodi lescentula decem & sex circiter annorum bello capta ac baptismo tincta, Catholica cabatur. In ea cum ætate crescebat liberos mores dissoluti, etiamsi non raro ab ipse prehensa castigaretur, quæ eo peruenit ut tix ut cum perditis quibusdam elamiseret, nec tamen propterea à confessione stineret, sed hoc peccatum labris premeretricula aut perditis moribus habebat. Hæc igitur Kalen. Aug. 1590. morbo Sacerdotem euocauit, cui animi non daret, sed id fecit non integrè, ut & in egritudine nouem alijs vicibus recedente sacerdote, præsentibus alijs famulis conridebat hac ferme oratione: aliud quo

rem non erat quàm vt peccata faterer, adie-  
 ctis etiam turpibus & inhonestis verbis, qui-  
 bus offensæ cæteræ singula ad heram refere-  
 bant, quæ merito Catharinam increpans, tan-  
 dem vultu & voce mutatis amicè rogauit que-  
 nam illa essent quæ Patri aperire non vellet,  
 narrauit illa non difficulter, adiunxitq; quo-  
 ties Patrem in morbo vocasset vt se purgaret  
 confessione, stetit ad læuam quendam Aethi-  
 opi similem, qui moneret ne fateretur,  
 quod ea peccata leuissima essent, & nullius  
 momenti, & ex illorum confessione à Patre  
 dissolutior haberi posset. A dextra vero ma-  
 nu apparuisse S. Mariam Magdalenam exhor-  
 tantem, vt quidquid esset liberè euomeret.  
 Accersitum itaq; rursus Patrem Domina de  
 omni eo quod acciderat instruxit, qui modis  
 omnibus tentauit, vt ad integram animæ ex-  
 piationem induceret, sed frustra; quo enim  
 exhortabatur magis, eo reddebatur obstina-  
 tior, ita vt nec nomen Iesu enunciare vellet.  
 Alio etiam tempore cum illi sacram crucifixi  
 imaginem offerrent, vt in eum intueretur, &  
 animo reuolueret Christum pro nobis cruci-  
 affixum, & in cruce mortuum, summa cum  
 indignatione & animi commotione respon-  
 dit. Iam scio, sed quid vultis faciam? ad quam  
 heram, vt ad Christum te conuertas, qui ad-  
 missa crimina remittat, si fatendo recog-  
 noscas. Cui Catharina, obsecro vt mihi desi-  
 natis esse molestæ, cumque hera abscessisset,

Dd ccepit

cæpit amores suos & turpitudinem decem  
 re, duravitq; ad dies plures hæc agendi  
 cendi ratio, donec quadam nocte accit  
 cum ancillis hera hæc in verba prorupit  
 queor & animo angor plurimum ob viol  
 confessionem, & ab ea hora vsque ad ma  
 am noctem toto corpore obrigit, vtr  
 retur mortua, & de humatione & sepu  
 esset cogitatio: sed ad se reuersa, accit  
 cerdote nihil de antiqua fatendi conf  
 ne remisit. Tres post horas paulo ante  
 expiraret, exhortata à seruis vt app  
 manu cruce & cereo sacro nomen Iesu  
 caret, respondit: Quis est ille Ies vs  
 non noui, ac in vltimam partem lecti  
 sedensque audiebatur cum alio quoda  
 tamé oculos fugiebat, colloqui. A call  
 quæ eodem in loco ægra decumbere  
 menter Dominam rogauit, vt in disti  
 cubiculum transferretur, quod, vt ai  
 uas quasdam atras videret, quibus ad  
 terrebatur. Nocte ea qua Catharina  
 cta est domus tota tam foetido ac put  
 re perfusa est, necessarium vt fuerit  
 loco patenti & aperto exponere: Dom  
 iam frater è cubili brachio extractus  
 cilla quædam in humeris veluti cal  
 cussa est, pertulitque aliquot dies  
 sionis signa. Equus mansuetissimus  
 quin, actis in murum calcibus huc &  
 discurrens tota nocte insanijt. Idem

*Quam ve  
 reor ne Ca  
 tharinæ exi  
 tiū illis im  
 pēdeat, qui  
 Catharinæ  
 crimē imi  
 tantur con  
 fessionis sa  
 era myste  
 ria in hi  
 strionicam  
 hypocrisin  
 vertentes,  
 &c.*

& canes multa discursione & latratu. Humanam  
 etiam corpore, cum ex ancillis quædam locum  
 intrasset, in quo Catharina decubue-  
 rat, nemine conspecto, sensit in se vas quod-  
 dam, quod tabulatis impositum erat, jaci.  
 Major præterea pars huius vrbs vidit mul-  
 to crepitu & sonitu huc & illuc plurimos la-  
 teres & tegulas, etiam ad duo millia passu-  
 um proijci, non quod in palatio ullus sit la-  
 ter vel tegula, cum, vt pleraque huius vrbs  
 ædificia omnia, palma tegatur. ancilla alia  
 spectantibus multis pede protracta fuit lon-  
 gissimè, etiam si quæ traheret non videretur.  
 Septimo Octobris cum quædam serua  
 vestiarij esset ingressa vt inde vestem ali-  
 quam sibi sumeret, vidit Catharinam erigen-  
 tem sese in pedes vt vas quoddam arripe-  
 ret, fugiente illa tanto impetu vas in mu-  
 rum impulit vt in mille partes frangeretur.  
 Die insequenti vestiario annexa fuit crucis  
 imago chartacea quæ vno impetu à muro a-  
 vulla in conspectu omnium tres in partes di-  
 stracta est. Eodem die cum in horto Domi-  
 na cenaret, medius later lanci iniectus to-  
 tam cenam euertit, cuius filius annorum  
 quatuor eo ipso tempore clamare cœpit: ma-  
 tercula, matercula, Catharina me præfocat,  
 appensiq; ad collum Sanctorum exuijs ab ea  
 pœna liberatus fuit. Hæc Dominam coegerunt  
 vt ædes mutaret, & in consobrinæ domum se  
 reciperet, relictis ancillis quibusdam ædium

Lateres &  
 tegule lon-  
 ginq; lo-  
 cis allate &  
 dispersæ.

Dd 2 custo-

custodibus. Decimo dicti mensis, cum ex  
 cillis aliqua in officinam dispensatoris  
 set, sensit se ter à Catharina vocari: quam  
 more nimio dilapsam exhortatę sunt  
 vt inuocato Domini nostri auxilio, cereo  
 sacro accenso, regrederetur, assumptis  
 bus, quę cęteris animosiores videbantur  
 curę redijt, quam defuncta monuit, vt  
 sis alijs, cereo abiecto, quod pœnam in  
 sola persisteret. Emittebat Catharina ex  
 nibus corporis iuncturis flammam, incre  
 bili cum fœtore. Caput cum pedibus ar  
 cincta erat veluti ignita fascia octo aut decem  
 digitos lata. quę in terram vsq; protere  
 tur, videbaturque libidinis & admittentis  
 tudinis pœna & castigatio quędam. Vultu  
 spectro tremere & exalbescere cepit  
 ad quam infelix defuncta, accede huc.  
 ties ego te euocauit? Respondit serua pœna  
 nimis: Bone Iesu, quis non horreat te  
 Quę cum diceret, in eundem locum de  
 dit formosissimus puer albis vestibus quę  
 uam hortatus est, vt posito timore formos  
 animo, notaretque diligenter quę à Catharina  
 na acciperet, vt in alios euulgaret, ac lumina  
 que ab hoc loco abscelsisset, confessionibus  
 culas omnes expiaret. Tum hæc in verbis  
 tharina; Scias inferno me mancipatam de  
 uislimis subiectam pœnis, quod cum la  
 doti aduoluerer, vt peccata faterer, leuissimam  
 tantum referrem, cuiusmodi sunt, quod



ula essem, & loquax, in iram procliuis, & id  
genus alia, silentio vero inuoluerem libidi-  
nes, & consuetos cum adolescentibus cōgres-  
sus. Tu igitur disce bene confiteri, & nullum  
crimen tacere. Horumque vos commoneo,  
quod ita mihi imperatū sit, cogarq; aliorum  
in exemplum hæc verbis aperire. Iam pulsus  
ad salutandam Deiparam Virginem audieba-  
tur: defuncta mox in angulum quendam sece-  
dit & euanescit. angelus vero (angelum enim  
fuisse quem viderat puerū credebat famula)  
abire ad suos famulam iubet, quod & fecit.

POENITENTIA FALSA PV-  
nitur.

**D**Elrius refert ex c. 35. lib. 10. mirac. Cas-  
trij piscatorem fuisse in episcopatu Tra-  
iectensi, qui cum quadam fœmina multo tem-  
pore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum  
nimis erat notorium, tempore quodam in  
Synodo imminente accusari timens, statim ad  
sacerdotem veniens magis, vt post patuit, ti-  
more pœnæ, quam amore iustitiæ, peccatum  
confessus est, consilium quæsiuit & inuenit: si  
habet (inquit sacerdos) firmum propositum  
nunquam peccandi cum illa, candens ferrum  
secure poteris portare, ipsumque peccatum  
negare. Spero autem quod virtus confessionis  
liberabit te. Quod ita factum est cunctis stu-  
pentibus quibus factum innotuerat. Læsus  
tamen ab igne non fuit, sed cum postea peccati

Dd 3 ite-